

*NvK gründet offiziell das St.-Nikolaus-Hospital in Kues und stellt detaillierte Regeln zum Alltagsleben auf. Er berichtet von der Errichtung der St. Nikolaus-Kapelle und der zum Hospital gehörenden Gebäude und den Aufwendungen seines verstorbenen Vaters Johann, seiner Schwester Margarethe sowie den eigenen Beiträgen zum Hospital. Es solle künftig Platz für 33 Insassen bieten, unter denen sechs Priester und sechs Adlige sein sollen. Darüber hinaus solle ein Rektor das Hospital leiten. Jährliche Visitationen durch Beauftragte der Prioren des Koblenzer Kartäuserklosters auf dem Beatusberg sowie des Augustinerchorherrenstifts von Niederwerth sollen für die Einhaltung der Regeln sorgen. Die Aufsicht über die Verwaltung des Hospitals wird den Schöffen von Bernkastel und Kues übertragen.*

*Drei Or., Perg. (spitzovales Kardinalssiegel an Hanfschnur): BERNKASTEL-KUES, StiA, Nr. 41 A und 41 B; BERNKASTEL-KUES, Stadtarchiv, Bürgermeister-Registratur, Fach 8, Nr. 4 (eingebunden in eine Akte des 19. Jh. zum Hospital; derzeit als Dauerleihgabe im Cusanus-Geburtshaus in Bernkastel-Kues ausgestellt).*

*Kopie (15. Jh.): KOBLENZ, LHA, 127/51; ebd., 1 C 9741 p. 1-5; TRIER, DA, H 58; TRIER, Stadtarchiv, Hs. 1690 Nr. 330 (s. M. Keuffer/G. Kentenich, Beschreibendes Verzeichnis der Handschriften der Stadtbibliothek Trier, 10 Bde., Trier 1888-1931, Bd. VII Nr. 365).*

*Deutsche Übersetzung (15. Jh.): TRIER, Stadtarchiv, Hs. 1690 Nr. 331.*

*Druck: J.N. von Hontheim, Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica ..., Bd. II, Augsburg 1750, 435-438 Nr. 844; J.J. Blattau, Statuta synodalia, ordinaciones et mandata archidiocesis Treverensis, Bd. II, Trier 1844, 1-8; Marx, Geschichte des Armenhospitals 52-63; Kortenkamp, Urkunden 106-112 (Text nach Nr. 41 B aber mit Abb. von Nr. 41 A).*

*Deutsche Übersetzung (ab 19. Jh.): Das Käseblatt, Trier 1820, Nr. 9f.; M. Martini, Das Hospital Cues und dessen Stifter, Trier 1841, 52-61; Scharpf, Cardinal I 387-396; Düx, Der deutsche Cardinal II 490-498 Nr. 11; Marx, Geschichte des Armenhospitals 52-63; G. Neusius, Nikolaus von Kues (1401-1464). Ein bewegtes Leben, Lindenberg 2007, 37-42.*

*Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 472; Trierische Kronik 6 (1921) 163; Marx, Geschichte des Armenhospitals 65-71; Krudewig, Übersicht über den Inhalt IV 265 Nr. 46; J. Thomas, in: Trierer Theologische Zeitschrift 67 (1958) 363-368; Meuthen, Cusanus und die Orden 12, 36 Anm. 55; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 377f.; C. Neusius, in: Aris, Horizonte 2009, Nr. 168 (mit Abb. von Nr. 41 A); Hensel-Grobe, Funktion und Funktionalisierung 195, 201; Hensel-Grobe, St.-Nikolaus-Hospital 56, 86-139; Tritz, Schätze im Himmel 47f., 108-114, 117; Frank, Reform der Hospitäler 170; M. Brösch, in: ders. u.a. (Hg.), Handbuch NvK 120-122; Brösch/Euler, Caritas 238-241; M. Brösch, in: C. Stiegemann (Hg.), Caritas. Nächstenliebe von den frühen Christen bis zur Gegenwart. Katalog zur Ausstellung im Erzbischöflichen Diözesanmuseum Paderborn, Petersberg 2015, 487f. Nr. 69 (mit Abb. von Nr. 41 B); Brösch, Herz und Geist 691, 694f.; Brösch, Testament 64f.*

*Die Urkunde ist in drei Originalausfertigungen erhalten. Die beiden in Z. 156-158 erwähnten Zweitausfertigungen (litteras duplicas) befinden sich im Archiv des St. Nikolaus-Hospitals als Nr. 41 B (Rektorenexemplar) sowie als Dauerleihgabe der Stadt Bernkastel-Kues im Cusanus-Geburtshaus (Schöffenexemplar). Bei der Urkunde Nr. 41 A dürfte es sich um die für NvK selbst bestimmte Erstaufschreibung handeln, da hierin noch der Name des aktuellen Grafen von Manderscheid frei blieb (s. Z. 92) und die Zeilenaufteilung im unteren Drittel der Urkunde enger wird. Der Schreiber (Peter von Erkelenz) hatte sich offenbar bei der ersten Ausfertigung im Platz verschätzt. Unser Text folgt daher, was die sehr wenigen orthographischen Varianten betrifft, der Erstaufschreibung Nr. 41 A.*

Nicolaus de Cusa miseratione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis, universis et singulis cristifidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam. „Quoniam, ut ait apostolus<sup>1)</sup>), omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum, s fuerit sive malum‘, oportet nos diem missionis extreme misericordie operibus preve-

<sup>1)</sup> 2 Kor. 5,10.

nire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in celis. ,Qui enim parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet<sup>2)</sup> vitam eternam.<sup>3)</sup> Cum vero dicat salvator noster „Vigilate itaque, quia nescitis *(diem)* neque horam“<sup>3)</sup>, hac nos divina ammonitione incitati, dudum de celestibus thesaurisare desiderantes, et seminare in <sup>10</sup> terris, quod multiplicato fructu recolligere possimus in celis, provideque considerantes, quanta deus, omnium largitor bonorum, remuneratione preveniat pia hospitalitatis et miserationis opera pauperibus et miserabilibus personis impensa, circa capellam sancti Nicolai sitam infra limites parochialis ecclesie ville Cußa ex opposito oppidi Berncastell prope fluvium Mosellam, Treverensis diocesis, antiquam quandam capellam <sup>15</sup> demoliri<sup>4)</sup> et ibidem de bonis a deo nobis collatis opere sumptuoso, in quo ultra decem milia florenorum auri de Reno expendimus, capellam novam cum ambitu, refectorio, domibus ac cellis et aliis necessariis officinis<sup>5)</sup> pro hospitandis et recipiendis ac fovendis ibidem Christi pauperibus et miserabilibus elaboratis personis iuxta numerum annorum Christi salvatoris nostri in terris<sup>6)</sup>, ipsorumque ac ministrorum illis obsequen- <sup>20</sup> tium nec non quorundam presbiterorum, qui in dicta nova capella divina celebrent officia ipsorumque pauperum in ipso hospitali pro tempore degentium et ministrorum animarum curam gerant et illis ecclesiastica sacramenta ministrent, construi et edificari fecimus, in hiis bone memorie Jacobi archiepiscopi Treverensis<sup>7)</sup> intervenientibus auctoritate et consensu, summopere cupientes eadem edicia in hospitale pauperum <sup>25</sup> sub vocabulo sancti Nicolai episcopi erigi et instaurari, prout per presentes illa, quantum in nobis est, erigimus, instauramus atque fundamus. Et eidem sic per nos erecto et fundato hospitali pro pauperum ac ministrorum et presbiterorum ipsorum sustentatione omnia immobilia bona per quondam Johannem Criffcz<sup>8)</sup>, genitorem nostrum, tempore obitus sui relicta in predicta ac in dicti oppidi necnon in Dronaepiscopi<sup>9)</sup> dicte <sup>30</sup> diocesis parochialium ecclesiarum parrochiis ac alibi consistentia, ac domum quondam Mathie scabini<sup>10)</sup>, mariti Margarete<sup>11)</sup> germane nostre, cum suis pertinentiis in civitate Treverensi sitam, aliaque etiam mobilia ac immobilia bona per nos iusto emptionis titulo aut aliunde iuste acquisita et acquirenda, salva ordinatione nostra testamentaria, que et alia, que ex testamento nostro eidem hospitali accrescent, viginti milium <sup>35</sup> florenorum similium valorem et ultra, uti speramus ascendent, perpetuo applicavimus

<sup>2)</sup> 2 Kor. 9,6; vgl. Gal. 6,8. Die Arenga entspricht einem gängigen Ablassformular, das auch NvK für Partikularablässe nutzte; s.o. Nr. 968.

<sup>3)</sup> Mt. 25,13.

<sup>4)</sup> Für den Bau des Hospitals wurde eine ältere Nikolauskapelle abgerissen; s. Hensel-Große, St.-Nikolaus-Hospital 43.

<sup>5)</sup> Zur Errichtung der Gebäude vgl. Nr. 3673 Anm. 5, 5185.

<sup>6)</sup> Daher die Kapazität von 33 Insassen.

<sup>7)</sup> Jakob von Sierck, Eb. von Trier (1439-1456).

<sup>8)</sup> Henne Cryffz, Vater des NvK; zu ihm AC I 4, 1707 s.v.; künftig M. Brösch, Der Kaufmann Henne Cryffz – Zum Vater des Nikolaus von Kues und seiner Familie, in: MF CG 36 (erscheint 2022).

<sup>9)</sup> Bischofsdron bei Morbach südwestlich von Kues.

<sup>10)</sup> Matthias, Trierer Schöffe und Ehemann der Margarethe Cryffz; s. Tritz, Schätze im Himmel 47f.

<sup>11)</sup> Margarethe Cryffz († vor 1447), älteste Schwester des NvK; s. Tritz, Schätze im Himmel 47f. Vgl. auch die Stammtafel der Familie bei Kortenkamp, Urkunden 385.

et appropriavimus et per presentes applicamus et appropriamus ipsaque appropriata bona eidem hospitali in dotem perpetuo assignantes, cum ordinatione subsequenti:

(1. *Insassen*) Primo volumus et ordinamus, quod in dicto hospitali sancti Nicolai per 40 nos, ut premittitur, edificato, erecto, dotato et fundato perpetuis futuris temporibus nutrientur et teneantur continue iuxta numerum annorum Christi salvatoris nostri in terris trigintatres pauperes<sup>12)</sup>, elaborati senes quinquagenarii et ultra, homines masculini sexus tantum, bonarum fame, conditionis, conversationis et nominis, ad servitia vel debita nemini obligati, libere condicionis, non uxorati, nisi eorum uxores religionem 45 intrarent vel quod pro earum sustentatione non indigerent auxilio maritorum, vel tante essent etatis, quod nulla esset suspicio, quod a maritis separari vellent et possent se melius absque maritis nutrire, de quibus omnibus condicionibus rector hospitalis certificari debet per pastorem parrochie et per duos scabinos loci, unde recipientur, ante eorum receptionem, de diocesi Treverensi et de locis magis propinquis dicto hospitali. 50 Inter quos erunt, si commode haberi poterunt, sex sacerdotes, sex nobiles et viginti et unus homines communes.<sup>13)</sup> Et numerum eorum nolumus unquam augeri, etiamsi fructus et redditus augerentur, sed de excrescentiis, si qua erunt, fiat maior elemosina, et aliquid pro necessitate reservetur.

(2. *Rektor*) Item volumus et ordinamus, quod in dicto hospitali ultra numerum pauperum prefatum sit unus rector hospitalis<sup>14)</sup>, qui continue in loco resideat, et sex familiares hospitalis et pauperum, qui fructus et redditus colligant et pauperibus serviant, quos eciam prefatus rector ad nutum mutare potest. Item quia summopere desideramus capellam dicti hospitalis propriis manibus quam primum commode poterimus consecrare, intendimus per gratiam dei statim capella consecrata numerum prefatarum 60 personarum instituere. Casu vero, quo huiusmodi consecratio per nos fieri non posset, volumus et ordinamus quod, quamprimum capella consecrata fuerit, numerus prefatus pauperum et familiarium quamprimum imponatur. Regimen vero dicti hospitalis nobis aut cui illud committendum duxerimus, ad dies vite nostre reservando. Intendimus eciam in testamento nostro nobis illud regimen ipsius hospitalis preficere successorem, 65 quem etiam iuxta eandem ordinationem nostram testamentariam volumus nobis in eodem regimine succedere ad magis confirmandam et manutenendam ordinationem nostram.

(3. *Ernennung und Absetzung des Rektors*) Item volumus et ordinamus, quod rector dicti hospitalis perpetuis futuris temporibus per visitatores et superintendentes infra nominandos illic preficiatur ac instituatur, cuiuscunque alterius licentia desuper minime petita vel obtenta. Sit eciam idem rector ad nutum eorum removibilis, non tamen ex levi causa, et de scitu ordinarii. Illum autem, qui sic in rectorem assumi debet, volumus

---

<sup>12)</sup> Die Zahl von 33 Insassen nach den 33 Lebensjahren Christi auf Erden war im Vergleich zu ähnlichen Einrichtungen außergewöhnlich hoch und musste gerade in der ländlichen Umgebung spektakulär wirken. Zudem bestand bereits seit Anfang des 15. Jh. in Bernkastel ein Heiliggeist-Hospital; vgl. Tritz, Schätze im Himmel 108.

<sup>13)</sup> Dieses ständeübergreifende Zusammenleben in einer quasi-monastischen Gemeinschaft unterscheidet die Stiftung des NvK von den meisten Hospitalsstiftungen; vgl. Tritz, Schätze im Himmel 111.

<sup>14)</sup> Die Leitung des Hospitals lag damals bei Dietrich von Xanten; s. zuletzt oben Nr. 5722, 5726.

esse virum bonum, bone vite et laudabilis conversationis, sacerdotem et non minus quadraginta annos habentem.

(4. *Aufnahme der Insassen*) Item volumus, quod omnes pauperes et sacerdotes et nobiles 75 in assumptione eorum ad dictum hospitale debeant in manibus rectoris hospitalis promittere servare castitatem, obedientiam et fidelitatem, et quod parebunt mandatis et statutis editis vel edendis per suos superiores. Et in casu, quo quis sic promissa non servaverit, stabit in arbitrio rectoris et superintendentium licenciandi illum et de hospitiali eiciendi. 80

(5. *Nominationsrechte*) Item volumus et ordinamus, quod omnes celle per litteras alphabetti signentur, et sex prime pro sex sacerdotibus, et sex alie pro sex nobilibus et relique pro aliis. Et ad finem, ut hospitale ipsum et pauperes inibi melius defendantur et contra incursus malorum hominum preserventur, damus atque concedimus reverendissimo in Christo patri domino Johanni, electo et confirmato Treverensi moderno<sup>15)</sup>, et successoribus suis archiepiscopis Treverensibus, in perpetuum in dicto hospitali nostro tres 85 cellas pauperum, unam presbiterorum, unam nobilium et unam communium hominum, presentandas ad easdem personas ad beneplacitum eorum, pro qualibet cella unam personam, et illis simul vel successive decedentibus presentandi alias in loca defunctorum.<sup>16)</sup> Item damus in eadem forma civitati Treverensi duas cellas, unam 90 presbiterorum et aliam communium, item domino <Theoderico> de Manderscheit<sup>17)</sup> et heredibus suis unam cellam nobilium. Et volumus, quod ad cellas omnium prenominatorum ponantur arma cuiuslibet ad suas cellas. Omnes alias cellas ordinare habebit rector de consilio et consensu superintendentium infra nominandorum.

(6. *Kleidung*) Item volumus et ordinamus, quod omnes prenominati pauperes, cuius- 95 cunque sint conditionis, habeant eundem habitum grisei coloris eiusdem terre, aut quemadmodum deferunt fratres conversi in domibus Canonicorum regularium, salvo quod prefati, quibus proprias cellas assignavimus, darent pauperibus per eos deputandas vestes nigras honestas, illas deferre poterunt et non alias.

(7. *Chorherrenregel*) Item volumus et ordinamus, quod modus vivendi in dicto hospitali 100 sit communis illius terre, et quantum poterunt se conformabunt fratribus Canonico- rum regularium de capitulo de Wyndeshem<sup>18)</sup>, similiter de hora comedendi, surgendi, dormiendi et orandi, sed in omnibus respectus habendus est ad pauperes et debiles. Numerum vero „Pater noster“, quem pauperes singulis horis dicere habebunt, relin- 105 quimus arbitrio visitatorum infra nominandorum.

---

91 Theoderico: *Spatium für ein Wort; in der Zweitausfertigung* Thederico.

<sup>15)</sup> Johann von Baden, Eb. von Trier (1456-1503). Da er das kanonische Bischofsalter noch nicht erreicht hatte, erhielt er erst 1465 die Bischofsweihe.

<sup>16)</sup> Der Einfluss der Trierer Erzbischöfe sollte gleichwohl begrenzt bleiben. NvK erwirkte kurz darauf die Exemption des Hospitals aus der bischöflichen Jurisdiktion; s.u. Nr. 5821f.

<sup>17)</sup> Dietrich III., Gf. von Manderscheid († 1498). NvK war dem Haus Manderscheid besonders verbunden, seit er als junger Jurist im Dienst des Trierer Elekten Ulrich von Manderscheid seine Karriere begonnen hatte.

<sup>18)</sup> NvK schätzte die Windesheimer Kongregation der regulierten Chorherren ganz besonders; s. Meuthen, Cusanus und die Orden 11f.

(8. *Mahlzeiten*) Item volumus et ordinamus, quod omnes pauperes simul, demptis infirmis et debilibus, comedant in uno loco, in una, duabus vel tribus tabulis, secundum quod fuerit oportunum, et in sedendo ad mensam et alibi servabunt ordinem cellarum unicuique deputatarum.

110 (9. *Stundengebete*) Item volumus et ordinamus, quod omnes sacerdotes simul, exceptis debilibus, ad signum campane orent horas canonicas in capella sancti Nicolai, non nimis mane, ut pauperes interesse et eciam suas orationes dicere possint.

(10. *Fastenregeln*) Item de abstinentiis et ieuniis nullam aliam legem damus preter eam, ad quam omnes Christiani obligantur ex ordinatione ecclesie et prelatorum eius, salvo 115 quod quartis feriis abstinebunt a carnibus, et singulis sextis feriis ieunabunt more aliorum religiosorum, infirmis et debilibus semper exceptis. De adventu domini et quadragesima faciant, uti alii religiosi senes et debiles. Et si quis ultra premissa fecisset aliquod votum abstinentie, ante introitum procuret dispensationem desuper, antequam recipiatur, ut sint omnes pares in esu, vel contentetur de pane et vino.

120 (11. *Eigentum und Benefizien*) Item si aliquis ex pauperibus in receptione ad hospitale habuerit aliquod parvum pecculum vel alia parva bona mobilia vel immobilia, ex quibus tamen vivere commode non posset, potest tenere usum peculii sui aut bonorum pro necessitate sua competenti, de scitu et voluntate tamen rectoris et visitatorum. Similiter si quis presbiterorum recipiendorum haberet aliquod beneficium, cum 125 propter illud ad ordines sit promotus et obligatur ad horas canonicas, potest tenere beneficium suum, prelatis ad quos id spectabat annuentibus, et habere usum fructuum pro necessitate sua, de scitu et licencia rectorum et visitatorum.

(12. *Familiare des NvK*) Item, premissis omnibus non obstantibus, volumus et ita ordinamus, quod omnes familiares nostri, de quibus constat, quod nobis servirunt in uno 130 statu vel in alio, habeant liberum recursum et libertatem ad hospitale nostrum, in quocumque statu fuerint, veniendi, standi et recedendi, quando et quoctiens eis placuerit, salvo quod honeste se gerant et rectori hospitalis, quando ibidem fuerint, in omnibus pareant et obedient, quos volumus benigne recipi et unumquenque iuxta condicionem suam bene tractari, eciam quoad vixerint, si aliqui hoc desideraverint, tamen 135 absque familia et equis, si ibidem continuare voluerint.

(13. *Visitationen*) Item ordinamus perpetuos visiratores prefati nostri hospitalis venerabiles et religiosos patres domorum Carthusiensium Montis Sancti Beati<sup>19)</sup> et Canoniconrum Regularium in Insula<sup>20)</sup> ambos prope Confluentiam priores, ut singulis annis ad minus semel predictum hospitale nostrum ac rectorem et pauperes visitent, inventarium hospitalis et dispositionem eius in spiritualibus et temporalibus cum omni diligentia considerent. Etiam videant, si prescripte ordinationes nostre serventur, et de omnibus defectibus repertis iuxta prudentiam a deo ipsis datam oportune provideant,

---

<sup>19)</sup> Das Kartäuserkloster auf dem Beatusberg bei Koblenz. NvK hatte sich hier eine Zelle bauen lassen; s. Vgl. Nr. 756 mit Anm. 2; Meuthen, Cusanus und die Orden 13-16; Tritz, Schätze im Himmel 19, 69, 181-186. Zur besonderen Beziehung zu dieser Kartause s. auch Nr. 3427, 4163.

<sup>20)</sup> Das Augustinerchorherrenkloster Niederwerth bei Koblenz. NvK hatte die Lebensweise dieses Klosters schon bei der Reform der Trierer Mendikantenklöster 1451 als vorbildhaft dargestellt; s.o. Nr. 1971 Z. 4-6. Vgl. auch Nr. 196 Anm. 1.

quemadmodum specialiter de eis confidimus, ad ordinem enim et domos utriusque prioris habuimus semper et habemus devotionem singularem.

(14. *Verwaltung*) Item, ut prefatum hospitale nostrum in sua temporalitate et prescripte <sup>145</sup> ordinationes melius custodiantur et preserventur, in perpetuum committimus et damus superintendentiam ipsius hospitalis discretis et honestis viris scabinis omnibus de Berncastel et Cusa presentibus et futuris<sup>21)</sup>), cum ipsi sint magis propinquai ad ipsum et res eorum aliqualiter agatur; ipsi quoque cottidie videre possunt, quomodo res nostre gubernentur. Propterea rogamus ipsos scabinos presentes et futuros in perpetuum in <sup>150</sup> visceribus Jhesu Christi, quatenus absque gravamine hospitalis cum omni diligentia superintendant, quod he prescripte ordinationes nostre in dicto nostro hospitali in perpetuum teneantur iuxta traditam a nobis formam, recepturi pro hiis eternam retributionem. Et ad finem, ut prefati scabini melius possint ea facere, que commisimus ipsis, de premissis omnibus fieri fecimus litteras duplicates, quarum unam apud <sup>155</sup> rectorem hospitalis nostri, aliam vero in manibus prenominatorum scabinorum perpetuo esse volumus.

Datum Rome in domibus nostre solite residentie<sup>22)</sup>, sub nostro pendente sigillo, die tercia mensis Decembris, anno a nativitate domini millesimoquadragesimo quinagesimo octavo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii <sup>160</sup> divina providentia pape secundi anno primo.

---

<sup>21)</sup> Zur Einbindung der lokalen Schöffen in die Stiftung vgl. Nr. 4977, 5185.

<sup>22)</sup> Über die römische Wohnstätte des NvK s.o. Nr. 5760 Anm. 3.